

*Lambaesi (VIII 2747 contulit Wilmanns).* — 1) *Similis titulus huius legati est eph. ep. 7, 597; memoratur praeterea saepius in inscriptionibus Numidiae. Rerisse Numidiam a. 147 et 148 intellegitur ex VIII 2542. 2652; hic titulus positus est anno 150 (cf. not. 5).* — 2) *Scr. Callaeciae.* — 3) *leg. III repositum in litura (cf. supra N. 505 not. 1).* — 4) *A. 124, 5) a. 125. Milites veterani cum post quina et vicena stipendia dimitti solerent, recte conclusit Wilmanns hunc titulum positum esse a. 150.*

**1071** C. Popilio C. f. Quir. Caro | Pedoni cos., VIIviro epulon., sodali Hadrianali, legato | imp. Caesaris Antonini Aug. | Pii pro pr. Germaniae super. et exercitus in ea tendentis, curator oper. publicor.<sup>1</sup>, praef. aerari Satur., | curator viar. Aureliae veteris et | novae, Corneliae et triumphalis, | legato legionis X Fretensis | a cuius cura se excusavit, praetori, | tribuno plebis, q. divi Hadriani Aug., | in omnibus honoribus candidato | imperator., trib. laticlavio leg. III | Cyreneicae, donato donis mili[tari]bus a divo Hadriano ob | Iudaicam expeditionem, Xviro | stlitibus iudicandis, patrono | municipi, curator maximi exempli, | senatus p. q. Tiburs | optime de re publica merito.

*Tibure rep. (XIV 5640 vidit Henzen).* — 1) *A. 150 cf. C. VI 855. — Post positum hunc titulum Popilius Carus fuit etiam proconsul Asiae, cf. Waddington fastes des prov. asiat. n. 147.*

**1072** M. Acilio M. f. Gal. | Glabrioni | Cn. Cornelio Severo | cos.<sup>1</sup>, | pontifici, IIIvir. a. a. a. f. f., | VIvir. turm. equit. Roman., | trib. mil. leg. XV Apollinaris, | salio Collino, leg. prov. | Cretae Cyrenar.<sup>2</sup>, leg. prov. | Africae<sup>2</sup>, quaest. imp. Caesar. | T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii, | [pr]aetori<sup>3</sup>, leg. Asiae, s. p. q. Tiburs | [pat]rono municipi, qq.<sup>4</sup> designato.

*Tibure rep. a. 1886 (XIV 4257 vidit Gatti).* — 1) *Consul fuit ordinarius a. 152. — 2) Legatus proconsulis Cretae et Cyrenarum et legatus proconsulis Africae videtur fuisse nondum quaestorius, extra ordinem. — 3) Praetor factus est statim ex quaestura, utpote patricius (cf. N. 999 not. 4). — 4) Quinquennali.*

**1073** Arriae L. f. Plariae | Verae Priscillae | flaminicae, | M. Acili Glabrionis cos.<sup>1</sup>, | d. d. | publice.

*Pisauri (Orell. 2228, descr. Bormann).* — 1) *Uxor fortasse eius qui praecedit. Flaminica videtur fuisse Pisauri.*

**1074** T. Flavio Longino | Q. Marcio Turboni | leg. Aug. pr. pr.<sup>1</sup> | Titius Crispus | cornicul. | eius.

*Tomis (Küstendsche) rep. (III 767 = III S. 7542 vidit Domaszewski).* — 1) *Eiusdem legati Moesiae inferioris eodem loco rep. est titulus Graecus, omnes eius honores recensens (arch. ep. Mitth. 8 p. 21). Legatus Moesiae fuit a. 155 (III S. 7449).*

**1075** M. Met[ri]lio P. f. Cl. Aquillio | Regulo Nepoti Volusio | Torqua[ri]o Fronton[is] | cos. ex ka[l.] Ian.<sup>1</sup>, augur[is], salio | Collino, so[da]li Flaviali, [praet.], | quaestori, [tri]umviro m[onetal]i | a. a. a. f. f., p[raef.] feriarum La[ti]narum | . . . . . ad . . . . .